

✠ In nomine domini nostri ihesu christi anno ab incarnatione eiusdem domini nostri. M.º C.º V.º Indictione XIII Mense aprilis. Ego Riccardus de aquila pro redemptione anime meae ac parentum meorum. filiorum meorum. coniugisque mee do largior et trado mea spontanea voluntate monasterio beati laurentii et vobis domine Warine abbas vestrisque successoribus in perpetuum ac fratribus ibidem iugiter die noctuque deo servientibus. omnem consuetudinem sive ius quod hactenus expetii vel habui in omni terra sancti laurentii que in potestate mea sita est. scilicet angariam. hominum ac bestiarum omnemque supplicationem *et dationem* Munda enim pura ac simplici intentione pro remissione peccatorum meorum deo id tantoque dei martiri devoveo. et ingenti cum devotione exhibeo. et ut breviter totum concludam quod a me. aut ab heredibus meis vel per nosipsos. seu per vicecomites. sive per castaldiones. servientes me aut per quoslibet ministros nostros extorqueri possit aut exigi. sicut ex parte mea. ita et ex parte heredum meorum pro communi omnium nostrum salute. voluntarie secundum quod predictum est coram deo et coram vobis ac cunctis coram Fratribus concedo. tantoque sub testimonio super altare. dei et beati laurentii offero. id etiam adiungens ut si forte aliquis ad vos aliunde et non de nostra potestate venerit. liberam habeatis licentiam sub prephata deliberatione in quocumque eum vestrae possessionis loco collocare volueritis. Si autem quilibet de hominibus beati laurentii quemlibet de meis meorumve hominum hominem leserit aut offenderit si proclamare voluerit preposito obedientiae proclamet. et quicquid ad emendationem lesionis

✠ Nel nome del Signore nostro Gesù Cristo, nell'anno MCV dall'incarnazione dello stesso nostro Signore, XIII indizione, mese di aprile. Io Riccardo **de aquila** per la redenzione dell'anima mia e dei miei genitori, dei miei figli e di mia moglie, do elargisco e consegno di mia spontanea volontà al monastero del beato Lorenzo e a voi domino Guarino abbate e ai vostri successori in perpetuo e ai frati che ivi dunque giorno e notte servono Dio, ogni consuetudine o diritto che fino ad ora ho richiesto o avuto in ogni terra di san Lorenzo che sia in mia potestà, vale a dire *ogni* angaria per uomini e animali e ogni tributo *e dazione*. Senza dubbio per pulita, pura e semplice intenzione per la remissione dei miei peccati, ciò a Dio e a così grande martire di Dio offro e mostro con grande devozione e affinché brevemente concluda tutto, da me o dai miei eredi, o da noi stessi o dai viceconti o dai gastaldi o dai miei vassalli o da qualsivoglia nostro esecutore niente possa essere preso a forza o preteso. Come da parte mia così anche da parte dei miei eredi per la comune salvezza di noi tutti, volontariamente secondo quanto predetto, davanti a Dio e davanti a voi e davanti a tutti i frati concedo e sotto così grande testimone sopra l'altare di Dio e del beato Lorenzo offro, ciò anche aggiungendo che se per caso qualcuno venisse a voi da altrove e non da nostri possedimenti, abbiate libera licenza per la predetta deliberazione di collocarlo dove vorrete in qualsiasi luogo dei vostri possedimenti. Se poi qualcuno degli uomini del beato Lorenzo ferisse o offendesse qualsiasi uomo dei miei o dei miei uomini, se volesse proclamare obbedienza al preposto *la* proclami e qualsiasi cosa é dovuta per emendare la ferita o l'offesa per il diritto di potestà ed é di pertinenza del territorio per

aut offensionis iuri potestatis ac districto pertinet. quantumcumque fuerit preposito obedientiae persolvat. ei solummodo quem leserat lesionis suae penam componat. nisi forte qui lesus fuerit perdonare voluerit. Mei quoque meorumque homines si homines beati laurentii leserint aut offenderint. pena similiter eis lesionis componat nisi forte et lesi perdonare voluerint. Accepto igitur equo a vobis domine Warine abbas per quingentorum tarenorum et etiam pluris pro benedictione. ea tamen gratia ut hec facerem. tutarem et defenderem. Obligo me monasterio beati laurentii vobisque et vestris successoribus ac cuncte congregationi prenominati cenobii pro me et pro heredibus meis. ita quidem ut si quis nostrum aliqua presumptione vel quolibet et periculum anime sue contra hec facere temptaverit centum solidos aureos

- ✘ Ego Richardus de aquila manum meam posui
- ✘ Ego andreas filius Richardi de aquila manum posui
- ✘ Ego Gaufridus de aquila manum posui
- ✘ Ego Sarlo constabilitor manum posui
- ✘ Ego Rainaldus de aquila testis sum
- ✘ Ego pinellus testis sum
- ✘ Ego Stephanus de insula testis sum
- ✘ Ego ugo de monificeta testis sum
- ✘ Gervasius de rivo matrice testis sum
- ✘ Ego guillelmus pinzone testis sum
- ✘ Ego Walterius de aquila testis sum
- ✘ Ego paganus de bignia testis sum
- ✘ Ego ioffridus de cartagine
- ✘ Ego iohannes iudex suesse testis sum
- ✘ Ego iohannes amalfitanus testis sum
- ✘ Ego iohannes pauli testis sum

quanto poco fosse paghi per l'obbedienza al preposto e soltanto a chi avesse leso paghi come ammenda la pena della sua offesa, se eventualmente chi fosse stato ferito non lo volesse perdonare. Se anche gli uomini del beato Lorenzo ferissero o offendessero me e i miei uomini similmente paghino come ammenda agli stessi la pena della lesione, se eventualmente i lesi non volessero perdonare. Accetto dunque come giusto da voi domino Guarino abbate in benedizioni per cinquecento tareni e anche più, tuttavia con quella grazia che io faccia, tuteli e difenda queste cose. Io prendo obbligo con il monastero del beato Lorenzo e con voi e i vostri successori e con tutta la congregazione del predetto cenobio per me e per i miei eredi così che se qualcuno dei nostri con qualsivoglia presunzione o qualsiasi e pericolo della sua anima tentasse di agire contro queste cose cento solidi aurei

- ✘ Io Riccardo **de aquila** la mano mia posi.
- ✘ Io Andrea, figlio di Riccardo **de aquila**, la mano posi.
- ✘ Io Goffredo **de aquila** la mano posi.
- ✘ Io Sarlo **constabilitor** la mano posi.
- ✘ Io Rainaldo **de aquila** sono testimone.
- ✘ Io Pinello sono testimone.
- ✘ Io Stefano **de insula** sono testimone.
- ✘ Io Ugo **de monificeta** sono testimone.
- ✘ Io Gervasio **de rivo matrice** sono testimone.
- ✘ Io Guglielmo Pinzone sono testimone.
- ✘ Io **Walterius de aquila** sono testimone.
- ✘ Io Pagano **de bignia** sono testimone.
- ✘ Io **ioffridus de cartagine** sono testimone.
- ✘ Io Giovanni, giudice di **suesse**, sono testimone.

<p>✘ Ego mundus de lando testis sum</p> <p>✘ Ego Walterius de carnoto testis sum.</p>	<p>testimone.</p> <p>✘ Io Giovanni amalfitanus sono testimone.</p> <p>✘ Io Giovanni, figlio di Paolo, sono testimone.</p> <p>✘ Io mundus de lando sono testimone.</p> <p>✘ Io Walterius de carnoto sono testimone.</p>
---	---